

## P A R S X I V.

DE

SPECIFICIS APOPLE-  
CTICIS.

**P**Rincipiō in Apoplexia Enema injiciendum.

Postea sternutationes excitanda ad modum sequentem.

**R.** Fol. majoran. 3ij.

Sem. nigell. 5i.

Rad. bellebo. nigr. 3ij.

Moschi opt. 3ff.

Ambra gr. vi.

Fiat pulvis, Magnitudine ipsi insuffatur in narem utramq; calamo forziter.

Fumus succini; item Oleum ejus (de quo supra) intra nares profund.

In Apoplexia mirabilis est Balsamus vitæ Johannis Etchenacker. Vide Hartmann. Chym. Pract. pag. 43.

Ad præservationem & curationem conductus Aq. Apoplectica ad unc. j. Item Laudanum antepoplecticum Hartmanni.

## CAPUT I.

De

## AQUA APOPLECTICA CROLLII.

Recip.

**F**lorum Liliæ convallium.

Tilie,

Peonie,

Primula Veris,

Majorane,

Lavendule,

Salviae,

Betonice,

Roris Marini,

Cerasorum sylvestrium nigrorum & dulcium, Luna decrescente decerp-  
rum ana q.s.

Tritis omnibus & mixtis (vel seorsim flores, seorsim cerasa destillentur) adde Sinapi seminis tritilibram i. vel duas, pone ad putrefactionem affusa convenienti aquæ communis quantitate, in quâ tantillum Lupuli & fermenti incobatum sit, ut omnia possint fermentare, postea secundum artem destilla, & inde elicies spiritum inflamabilem, quem circula cum ana Spiritus Vitrioli Crolliani, & in Apoplexiâ pro morbi & aggriratione cochleare semis

semis exhibe, additâ una argz altera tex capitis utiliter illo liquore inuncta gutta Olei Succini. guntur.

At extra etiam tempora & ver-

## CAPUT II.

DE

## AQUA APOPLECTICA DN. D. CUNRADI FROMMANNI in Imperiali Northusâ Physici, &amp; aliis Officinalibus:

Recip.

**F**lor. paralyseos recent. 3ijss.  
Summitat. meliss. 3is.  
rad. squammar. 3is.  
Affunde Spirit. vini Rhenan. 1b ijs.  
stant in infusione bene testa, donec  
flores suo tempore sequentes addi-  
possunt:  
Flor. lilior. convall. 3v.  
paeoniae 3is.  
tilia 3ij.  
anthos  
tunicarum an. 3is.  
Stæchad. Ambic. 3vj.  
lavendul. 3is.  
sambuc.  
borragin.  
bugloss.  
rosar. an. 3j.

Affunde  
agu. cerasor. nigror. 1b ijj.  
lilior. convallium 1b is.  
meliss. 1b j.  
Vin. opt. 1b ijj.

Digerantur per oetiduum. Deinde de-  
stillentur: destillato liquor. adde

spirit. vin. rectificat. 1b ij.

Ac rursus infunde

Fol. & flor. salviae  
betonic. an. Mj.  
rutba Mis.  
ocymi  
majoran.  
pulegi an. Mj.  
Serpill.  
satureja an. Mj.

Sem. sefel. 3vj.

paeon.  
eruc. an. 3j.  
nasturt. hortens.  
filoris montan. an. 3v.  
carvi

Visci quercin. decrecente Dâ coll.  
an. 3is.

Cortic. citr. 3ij.

Lign. Aloës ponderos. 3is.

rad. doronic. 3is.

pocon. 3v.

Incisa digerantur rursus per oetiduum  
postea destillentur.

Hinc R. nuc. moschat.

cubebar. an. 3vj.

Caryo.

Caryophyllor. 3ij.  
 Cinamom.  
 Macis  
 Cardamom.  
 galang. an. 3ijſt.  
 granor. Paradisi  
 piper. long. an. 3ijſt.  
 succin. 3y.  
 gumm. juniperin.  
 tburis an 3ijſt  
 myrrae  
 mastich. an. 3ijſt.  
 baccar. juniper 3x.  
 gumm. ammoniac. acet.  
 dissolut. 3v.

Iterum misceantur cum destillato priore pro nova digestione per dies decem protribendā. Quā optime per altā ultimō destillentur in cineribus Alembico rostrato, cū in limbo sint imposita.

Alipt&moschat. 3ij.

Storac. calamithb. 3ijſt.

F. l. a. aqua operosa quidem, sed virtutis non satis deprehendit in omnibus capititis affectibus frigidis, præcipue tamen in Apoplexiā, nec non quovis virium lapsu.

### De AQUA APOPLECTICA

ALIA:

R. Flor. lil. convall. m. viij.

Primule veris m. j.

Vini Rhen. generof. mensur. iiijſt.

Stent in vitro bene clauso in digestione per 12. dies, postea lento B. calore

destillentur. Destillato adde Flor. paon. m. 8.  
 Stent iterum ut antea in digestione & destillentur. Postea infunde Flor. Lavend.  
 Rosmarin.  
 Stach. Arab. ana m. i.  
 Tiliæ m. ii.  
 Visc. queret. 3ijſt.  
 Rad. Peoni. 3ili.  
 Nuc. Moscb.  
 Garyophyllor.  
 Cubebæ. ana 3i.  
 Sem. Sinapi 3iij.  
 Peonia 3iijſt.

Nucleor. Perfcor. 3ijſt.  
 Pulverisentur, & stent in digestione per 12. dies; postea adde Spec. Diambr.  
 Diamosch. d. ana 3iij.  
 In lento B. calore f. destillatio.  
 Aqu. servatur pro officina usu.

### VIRES ET USUS.

1. In omnibus capititis, cerebriq; affectibus conducit.
2. Apoplexia & Epilepsia.
3. Paralysi.
4. Vertigine.
5. Memoria laſione.
6. Tenebrositate oculorum.
7. Et in omnibus frigidis affectibus Ventriculi, Epatis, & totius corporis.

### DOSIS.

13ſt.

*A ȝ. ad ȝ. per se, vel in vehiculo  
convenienti datur.*

Huc optimo jure referuntur Aq. se-  
quens mirabilis & pilulæ mirabiles.

**AQUA MIRABILIS PRÆ-  
servatoria ab Apoplexiâ, Pa-  
ralysi, oris tortura, Spasmo, cæte-  
risq; frigidis Cerebri affectibus, &  
loquela mirabiliter re-**

parans.

*R. Fl. primul. ver.*

*Rosmarin.*

*Paeon.*

*Lil. convall.*

*Lavendul.*

*Major.*

*Iuæ Arthet. ana M. i.*

*Spec. Diambr.*

*Diamosch. d.*

*Diaplrüs Archone.*

*Conf. Anacard. ana ȝi.*

*Cubebar.*

*Lign. Aloes,*

*Nucis Musc.*

*Caryophyll.*

*Macropip.*

*Carpobalsam. ana ȝi.*

*Rad. Ireos,*

*Aristol. rot. ana ȝ. ȝ.*

*Sem. Siler. montan.*

*Paeon.*

*Fænic. ana ȝi.*

*Aq. Herb. Paralys.*

*Salviæ,*

*Beton.*

*Flor. tiliae ana ȝ. iss.*

*Serapin.*

*Opoponac.*

*Myrrb.*

*Gum. Junip. ana ȝi.*

*Infundantur & macerentur omnia  
per 8. dies. Postea ter per Alembi-  
cum è cineribus destillentur. Dosis  
cochl. j.*

### C A P U T III.

#### DE

#### ALIIS APOPLECTICIS MEDICAMENTIS.

#### PILULÆ MIRABILES

ad eosdem præcavendos

affectus.

Rec.

**P**œon. masculi.

Myrrb. El. ana ȝ. ȝ.

Aceto foriusimo dissolvantur & re-  
ducantur.

Aloes Rosat. ȝij.

*Extractor. Hellebor. nigr.*

*Agaric.*

*Resin. Scammon. ana ȝi.*

*Sp. d. Gemm.*

*Cubebar.*

*Cardomom.*

*Pyrethr.*

*Succin. alb.*

*Cofsi,*

*Zz*

*Castor.*

*Castor.**Campb. ana 3j.**Visci. q.**Ungul. acicis.**Cinnabaris natipian. 3iss.**Sal. Hyperic.**Beton. ana 3fl.**Ol. Succin. alb.**Spir. Pl. an. gut. xv.*

*Cum Syr. d. Betonic. f. pilule pisi magnitudine. Et hic liber spiritum Sambuci Apoplepticum cum aliis Tincturis adjicere.*

### SPIRITUS SAMBUCI APOPLECTICUS:

*R. Herb. Salvia 3fl.**Iva Arthet.**Majoran. ana 3ij.**Flor. primul. ver.**Lili. Convall. ana 3iss.**Sem. Eruc. 3ij.*

Quæ incisa, & crasso modo pulverifata in s. q. Spiritus Sambuci maceranda, & post octiduum in B. M. ad siccitatem usque destillanda, addito fæcum sale, pro spiritu sambuci Apoplectico. In cujus parte aliqua Castoreum dissolvi, & aliquoties transcolari potest. De qua mixtura tempore in primis paroxysmi Cochleare unum vel alterum pro causa exigentia, instilletur, eademque palatum, Nares, Vertex, & Nucha fricentur. Blochvittius l. d. c. 5.  
pag. 77.

### TINCTURA APO- PLECTICA:

*R. Rasur. ungul. alcis,**Crani human. ana 3ij.**Spec. Diamosch. d. 3ij.**Corall. utriusq.**Marg. prep.**s. Lapid. pretios.**Sulphure calcinat. ana 3fl.**Rad. Dictam alb.**Rhab. el. ana 3j.**Visci q.**Cubebar.**Cardamom. ana 3iss.**Fl. Salvie,**Anthos,**Calendul. ana 3ij.**Nucis moschat.**Galang.**pip. longi,**Coriandr. preparat.**Zingib. ana 3v.**Sem. Citrin. excoart. 3j.**Zedoar.**Doron,**Been utriusq. ana 3j.**Flor. borrag.**Bugloß.**Menth.**Meliss.**Nymph.**Violar. ana 3fl.**Off. d. cord. cerv. num. 4.**Unicornu gr. xv.**Terr. sigill. 3fl.**Ros.*

Ros. rubr. 3ij.  
Sp. Diamarg. fr.  
de gemm. ana gr. xv.  
mosch.

Ambr. gris. ana gr. x.  
M. F. cum Spiritu vini tinctura.

### TINCTURA APOPLECTICA ALIA:

R. Spec. Dianis.  
Diacastor.  
Dianthos,  
pleris archont.  
Diamosch. amar. ana 3fl.  
Diatrion. pipere 3j.  
Castor.  
Zedoar.  
Caryophyll.  
Nucis Muschat.  
Cinamomi ana 3ii.  
Zingib. 3i.  
Gran. peon.  
Xylo aloës,  
Rasur. Unicorn. ana 3fl.

Rhabarb. 3j.  
F. Tinctura cum vino Lavendulae.

lato.

U S U S :

Per se, vel cum Aqu. Cerasorum  
nigrorum cum vino per ferment.  
destillat.

Alia simplicior:

R. Sem. paon,  
Nucis Moschat.  
Coriandr. prep.  
Visc. q. ana 3ij.  
galang.  
Cubebar.  
Cinamomi,  
Macropip. ana 3j.  
Fl. antbos,  
Tormentil.  
Zingib. ana 3fl.  
Sacchar. q. placet.  
F. Infusio cum vino Malvatico super  
Lilium convallium destillato.

### CAPUT IV.

De

### BALSAMO APOPLECTICO CROLLII.

Recip.

Olei Nuciæ expreß. 3ij.  
Ambræ gryseæ 3j.  
nigra 3fl.  
Moschi 3j. 3ij.  
Zibetta ana 3ijfl.  
Ol. stillat.  
Lavendula, in quo Liliis convall.  
flores maduerint. 3fl.  
Ol. cinamomi 3fl.

Majorana 3fl.  
Caryophyllorum gut. vj.  
Succini 3j  
Rute 3fl.  
Ex his omnibus secundum artem  
mixtis fiat in justâ conscientia Balsa-  
mum : qui volet aliquid de Balsamo  
Peruviano odorifero addere, ei erit  
integrum,

Z z 2

De

De  
BALSAMO APOPLE-  
TICO ALIO:

R. Olei Nucis Moschatae per expres-  
sionem facti  $\frac{3}{4}$ j.

*Ambræ grysee gr. xxvj.*

*Moschi optimi,*

*Benzoes, Storacis calamit.*

*Laudan. optimi ana  $\frac{3}{4}$ f.*

Oleor. garyophyll. gut. xvij.

*Lavendule,*

*Rute,*

*Anthos,*

*Cinamomi ana gut xx.*

*Succinigut. vj.*

Pulverisata optimè cum oleo  
Nucis Moschatae in scutella aliqua  
argenteâ, vel orichalceâ cum pistil-  
lo, quam optimè uniantur, ut in cor-  
pus unum abeant.

Hinc admisceatur olea destilla-

ta pedetentim, & Balsamus in vase  
benè clauso ad usum servatur. Apo-  
plepticis, Epilepticis, & Vertigino-  
fis prodest, si extremitates manuum  
tempora & vertex eo inungantur.

BALSAM: APOPLECTI-  
CUS Dn. D. Henrici Ju-  
lit Bökelii.

R. Ol. Nucis Moschatae. expref.  $\frac{3}{4}$ f.  
amb. grys.

*mosch. anagr. vj.*

*Zibeth. gran. x.*

Ol. Citr. gut. viij.

*Succin.*

*Majoran.*

*Rute, ana gut. vj.*

*Cinamomi,*

*Garyophyll.*

*Lavendul. ana gr. iiiij.*

F. mixtura accurata.

## P A R S XV.

### DE SPECIFICIS GUTTURA- LIBUS.

#### C A P U T I.

### DE LAPIDE BRUNELLÆ, SEU CRYSTALLO, VEL ANODYNO MINERALE.

**L**Apis Brunellæ ideo dicitur, quam Brunellam vocant, ac fauciū  
quod inflammationi gutturis, scabritiei, confiniumq; partium in-  
flam